e-codices

runt omnes qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo domini: in atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: et bene patientes erunt ut annuncient. Quoniam rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo. Ps. d.

Dominus regnavit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Etenim firmavit orbem terre: qui non commovebitur. Parata sedes tua deus ex tunc: a seculo tu es. Elevaverunt flumina domine: elevaverunt flumina vocem suam. Elevaverunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. f.%2079r – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/f.%2079r)